



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Conciliis Generalibvs Approbatis Ac Reprobatis Breve
Compendivm.**

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 2. Appellantes à Pont. ad futurum Concilium eorumque fautores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

dato Romani Pont. pertinaciter id est, scientes esse tale mandatum, notunt obedire. Neobore ad schisma satis est: nam schisma est quando homo in totum à iudicio, & obedientia Romani Pont. se substrabit, opere ipso non recognoscendo eum superiorem. Hac ergo censure ligantur pertinaciter inobedientes, licet Schismatici non sint.

S. 2.

Appellantes à Pont. ad futurum Concilium, eorumque fautores:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscunq; status, gradus, seu cōditionis fuerint; Vniuersitates verò, Collegia, & Capitula, quoctunq; nomine nuncupentur, interdicimus ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pon-

tit.

Pontificum pro tempore existentium, ad yniuersale futurum Concilium appellantes, nec non eos, quorum auxilio, consilio vel fauore appellatum fuerit.

AD hanc censuram incur-
rendam, necessaria est
appellatio ipsa actu secuta. Non incurritur autem per fa-
uorem, aut auxilium praestitū
post appellationem. Neque sat
est, quod interponeretur appel-
latio fiducia talis auxiliij, vel
fauoris futuri, nisi prius ali-
qua promissio de ipsis praestan-
dis facta fuisset. Suar. Non in-
curritur per consulentes appel-
lationem istam, ut sentit Sua-
rez contra Vgolinum; cum in
grauiissimis pœnis non sit fa-
cienda extensio de casu ad ca-
sum.

Duo verba sunt in hoc S.
scilicet excommunicamus, &

R inter-

interdicimus. Prius refertur ad personas: posterius ad universitates, Collegia, & Capitula; quae non possunt excommunicari, ut habetur in cap. Romana, de sent. excom. in 6.

§. 3.

Piratæ, atque eorum receptatores, & fautores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos discurrentes mare nostrum præcipue à Monte Argentario usq; ad Terracinam: ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

Pratam faciunt tria. Primum quando indifferenter, omnes spoliat, nec restrinquit ad unam aliquam nationem. Secundum, Intentio principalis hoc scelus exercendi. Aliqui